



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale, sev Institvtio Sacerdotvm, Ex Divinis Litteris Et  
Vetervm Patrvm Disciplina**

**Torres, Alfonso de**

**Ingolstadii, 1604**

De constantia, & immutabilitate animi Sacerdotalis in sanctis decretis, &  
consiliis. §. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48973](#)

*De Constantia, & Immutabilitate animi Sacerdotalis in sanctis Decretis, & Consiliis. §. II.*

## SUMMARIUM.



*PRO iustitia, & veritate perseveranter usque ad mortem agonizandum. 1.3.5.9.*

*Non eundum in omnem ventum, nec in omnem viam. 2.4.*

*Sacerdotalis animus immutabilis esse debet ad instar adamantis, non cere mollis. 6.7.*

*Maxime in tribulationibus. 8.*

*Quae bona vita Sacerdotis. 9.*

*Qui populi dicta multi facit, nil generosum facere poterit. 10.*

*Nam, qui adulaciones, & detractiones non negligit, nec Deo placebit, nec hominibus utilis erit. 11. 12. 13. 14.*

*Per nimiam humilitatem regendi frangitur auctoritas. 15.*

*Mutatio consuetudinis, & legum nocua. 16. ex Aristotle. 17. ex Iamblico. 18.*

I **P**RO iustitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Eccl. 4.18.

Non

Non ventileste in omnem ventum, & non eas 2  
in omnem viam. Esto firmus in via Domini, & in  
veritate sensus tui. *Eccl. 5.*

Non exibimus, neque faciemus verbum re- 3  
gis, ut polluamus, &c. Moriamur omnes in simpli-  
citate nostra: & testes erunt super nos cælum &  
terra, quod iniuste perditis nos. 1. *Machab.* 2. *Vide*  
*optimum exemplum de Eleazaro,* 1. *Machab.* 6. *dese- ptem fratibus de tribus pueris, Dan.* 3. *de Susanna,* 13.  
*de Petro, & Ioanne, Actorum 4.*

Non simus paruuli fluctuantes, & circumfera- 4  
mur omni vento doctrinæ in nequitia hominum,  
&c. *Eph. 4.*

Participes Christi effecti sumus, si tamen ini- 5  
tium substantiæ eius usque ad finem firmum reti-  
neamus. *Heb. 3.*

### Sacerdotalis animus immutabilis.

SACERDOS Dei Euangelium tenens, & Chri- 6  
sti præcepta custodiens, occidi potest, vinci non Mat. 23  
potest. Suggerit nobis exemplum Zacharias anti-  
stes Domini, qui, cum terreri minis, & lapidatione  
non posset, in templo occisus est, clamans, identi-  
dem dicens: De reliquistis vias Domini, & Domi- 2. *Para-*  
nus derelinquet vos. *S. Cypr. l. 1. ep. 3.* 11.

MENS Sacerdotalis debet esse ad instar a-  
damamantini sigilli, non ceræ mollis,

MENS Sacerdotis non debet esse similis ceræ, 7  
25 vel

vel alterius cuiusque materiæ mollioris, quæ semper characteri signantium cedens, pro eius forma atque imagine figuratur, quamque in se tam diu retinet, donec alio rursus super impresso signaculo reformatum: atque ita fit, ut, numquam in sua qualitate persistens, ad formam eorum, quæ imprimuntur, semper conuertatur, & transeat. Quia potius debet velut quoddam esse adamantinum signatorium, ut, inuiolabilem mens nostram figuram sui semper custodiens characteris, vniuersa quæ incurrerint sibi ad qualitatem sui status signet, atq; transformet; ipsa vero insigniri nullius incursibus possit. *Cassianus coll. 6. c. 12.*

### Sacerdotalis animi immobilitas in tribulationibus.

- 8 *SVB LIMIORIS, præstantiorisq; virtutis est, persecutionibus ærumnisque vallatum, manere semper immobilem, & aduersum se sequentibus cunctis certum de præsidio Dei, atq; intrepidum perdurare, humanisque incursibus, velut armis invictæ virtutis accinctum, gloriofissime de impatiencia triumphare; & acquirere quodammodo de 2. Co. 12 infirmitate virtutem, quia virtus in infirmitate perficitur, &c. Idem Cassian. coll. 24. c. 25.*

### Quæ bona vita Sacerdotis.

- 9 *BONAM vitam Sacerdotis ego puto, & malapati, & bona facere, & sic perseverare usq; ad mortem, S. Bernardus sermo. de sanctis Apostolis, Petro & Paulo.*

Qui

**Qui populi dicta multifacit nil genero-  
sum agere poterit.**

Si quis ob populi dicta animo statim dejici cœ- 10  
perit, næ is nihil umquam quod generosum, ad-  
mirandumque sit, parere poterit. Si quidem mæ-  
stitia, itemque curæ, ac sollicitudines perpetuæ,  
animi vim maxime possunt prostertere, eundem-  
que ad summam imbecillitatem perducere, &c. s.  
*Chrysost. l. 5. de Sacerdotio.*

**Qui adulatio[n]es & detrac[ti]o[n]es nō con-  
temnit nec Deo placebit, nec homi-  
nibus vtilis erit.**

Non carebis infinitis detractoribus, & adula- 11  
toribus; hi obliuioni tradendi, illi dissimulandi.  
Qui ad linguas dolosas attenderit, & non potius  
intentioni suæ, & menti animum totus intende-  
rit, numquam Deo inferuet, nec hominibus vti-  
lis erit. *S. Bernardus super Cant. serm. 63. Honores &*  
*iniuriæ vulgi in promiscuo sunt habendæ: nec his*  
*gaudendū nec illis dolendū. S. Bonav. in Phar. l. 2. c.*  
*32. ex Seneca. Idem de inform. nouit. p. 2. c. 10. &c. II.*

### De eodem.

Qui obseruat dicta hominum, numquam ali- 12  
quid benefaciet, iuxta illud: Qui obseruat ven- *Ecccl. II.*  
tum, non seminat: & qui considerat nubes, num-  
quam metet. *S. Thom. super c. II. Matthæi.*

### De eodem.

Superne vocis imperio in utroq; humero Sacer- 13  
dos superhumeralis velamine astringitur, vt con-  
tra

tra aduersa , ac prospera virtutum semper orna-  
mento muniatur ; quatenus , iuxta vocem Pauli

**1. Cor. 6** per arma iustitiae à dextris sinistrisque gradiens  
cum ad sola , quæ anteriora sunt , nititur , in nullo  
delectationis infimæ latere flectatur . Non hunc  
prospera eleuent , non aduersa perturbent , non  
blanda usque ad voluptatem demulceant , non  
aspera usque ad desperationem premant ; ut , dum  
nullis passionibus intentionem mentis humiliat ,  
quanta in utroque humero superhumeralis pul-  
chritudine tegatur , ostendat . S. Gregor . Pastoral . p. 14  
cap. 3.

### De eodem.

**14** PER bonam , & malam famam à dextris & à si-

**2. Cor. 6** nistris Christi miles graditur ; nec laude extollitur ,  
nec vituperatione frangitur ; non diuiniis tumet ,  
non confunditur paupertate ; & læta contemnit ,  
& tristia . S. Hieron . in prologo super Hester . S. Bonauen .  
in Phar . l . 2 . c . 32 . Vide sup . c . 1 . § . 2 . de intentionis purita-  
te , Qui aliorum , n . 14 . et 19 . et inf . c . 8 . § . 6 . de tempo-  
ralium contemptu , à c . eodem , n . 25 .

Dum nimia seruatur humilitas , regendi  
frangitur auctoritas .

**15** QVANDO necessitas disciplinæ minoribus co-  
ercentis dicere vos verba dura compellit , si etiā  
ipsi vos modum excessisse sentitis , non à vobis ex-  
igitur , ut ab eis veniam postuletis , ne apud eos ,  
quos oportet esse subiectos , dum nimia seruatur  
humi-

humilitas, regendi frangatur auctoritas. sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis. *s. August. dist. 86. c. eod.*

### Mutatio consuetudinis, & legum, no- ciuā.

Ipsa mutatio consuetudinis, etiā quæ adiuuat 16  
vtilitate, nouitate perturbat. *s. August. ep. 118.* Ha-  
bet ipsa legis mutatio, quantum in se est, detrimen-  
tum quoddam communis salutis, quia ad obser-  
uantiam legum plurimum valet consuetudo, in  
tantum, quod ea, quæ contra communem con-  
suetudinem fiunt, etiam si sint leuiora de se, gra-  
uiora videntur. Vnde, quando mutatur lex, dimi-  
nuitur vis constrictiua legis, in quantum tollitur  
consuetudo; & ideo numquam debet mutari lex  
humana, nisi ex aliqua parte tantum recompense-  
tur communi saluti, quantum ex ista parte dero-  
gatur, &c. *s. Tho. 12. q. 97. ar. 2. s. Chrysostomus hom.*  
*7. in ep. 1. ad Corinth. ff. de constitutionibus Principum.*  
*l. in rebus.*

### De eodem.

CVM vtilitatis quidem accessio parua fit, af-  
fuecscere vero faciliter leges mutare improban-  
dum; constat, errata quædam esse toleranda & le-  
gum latorum, & magistratum. Non enim tantū  
proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit  
assue-

assuefactio superioribus non parendi, &c. Quare faciliter mutare leges ex præsentibus in alias novas, infirmam facere est vim legis. *Arist. Politicorum l. 2.c. 6.*

### De eodem.

18 *QVEMADMODVM veritatem assecuti sunt pri-  
mi, qui leges nobis de religionis sanctimoniatr.  
diderunt; sic perseuerare in eis debemus: si quid  
enim aliud in sacris legibus ritibusque Deo pla-  
cet, firmitas ipsa maxime placet, & præcipue con-  
gruit. Et post pauca: Ea, quæ multis sæculis, & ope-  
roso labore in sacris comprobata sunt, nefas est, si  
nonnullis repente incidentibus temere ju-  
dicando mutare. Iamblichus de mysteriis  
Ægyptiorum. Vide sup. c. 3. §. 2.  
de granitate, & seueri-  
tate.*



CAP.